

CHRISTOPHORI BESOLDI JC.

Dissertatio Politico-Furidica,

De

FOEDERUM JURE.

ubi insimul de

PATROCINIO ET CLIENTELA,

ac item de

NEUTRALITATE,

disputatur succinctè.



ARGENTORATI

Impensis Heredum LAZARI ZETZNERI.

Anno M. DC. XLI.




LECTORI PIO ET CANDIDO SA. LUTEM.



Bjectum huius nostræ dissertationis, non
egere videtur operosiori commendatione ; cum &
Cicerone, *pro Cornel. Balbo* monente, præstabilis sit
scientia in fœderibus, pactionibus, conditionibus
populorum, Regum, exterarum nationum, in uni-
verso denique iure belli & pacis. Nec verò Leguleis
hoc movere bilem debet, quòd non ex jure solum scripto, decisio-
nes sumo; sed in campos latissimos juris ususque gentium excutro.
Et latet nempc Fœderum hocce Jus, in recessibus naturæ, & distra-
ctum variè, ac dissipatum valdè est. Quin & ipsæ quoque leges
(quod Cuiacius in *observationibus*, alicubi monet) politico Judicio
dijudicaridebent. Cognoscenda namque principia sunt, ea que pri-
ma, quibus subnixi, de jure responderunt veteres Nomothetæ;
scientissimi activæ Philosophiæ : ut loquitur Hieron. Capivaccius,
tr. de different. disciplin. cap. 4. num. 40. Absit hic denique præceps
judicium illorum, qui nec pro arbitratu sentire, nec item liberè du-
bitare quenquam sinunt; qui verba & clausulas captant, canumque
instar dilacerant cuncta. Hosce potius volo, qui de opere quocun-
que judicant ex scribentis primario scopo, quibusque cum Celsø
nostro, *in L. Labeo ff. de supellect. legat.* prior & potentior est mens,
quam dicentis vox.

*Sit bonus interpres, & nil mala verba nocebunt.
Sit malus Interpres, & nil bona verba juvabunt.*



CAPUT PRIMUM.

Anne utile & licitum siet, Fœdera contrahiri?



MICIS, fœderatisque, ut Imperium careat ullum, vix fieri posse videtur, Casp. Facius *polit. Liviana*, part. I. art. 23. Joh. de Marnix, *resolut. politiq. sct. 6. resolut. 2.* Zachar. Vietor, *disp. d. exempt. lib. 21. à Princip. Reinkingk, de Regin. secul. lib. 2. class. 3. c. 3. n. 13.* Gechusius apud Arum: *um part. I. Iur. publ. discurs. 28. thes. 21. item lib. 33. & seqq. mutuus.* Remigius Felchius, *dissert. de fœderib. thes. I. lit. b. tom. 5. disp. Basileens.* Præterquam enim, quod homo sociale animal est; quæ sanè societas, non unius Imperij terminis concludi videtur; non minimus insuper societatis est usus, ut commercia, jure gentium introducta, humanique contractus celebrentur; quibus plurimum facultatibus operisque in unum hinc inde collatis, communicatio rerum omnium institui possit: societatibus vero sublati, commercia omnia cessabunt, nec ex copia unius, aliorum inopia, subsidium habebit.

II. Fœdera faciunt ad securitatem in pace, in bello ad auxilia impetranda. Indeque qui alienâ ope sunt destituti, pauperes ac solitarij dicuntur: & angustia est propinqua, dum nemo existit adjutor: quod olim experta est Lais, in terra Sidoniorum; *Iudic. cap. 18. vers. 7. & 28.* quæ facile ab Israëlitis victa fuit, eo quod cum nullo hominum haberet quicquam societatis. Ita Constantino Palæologo, Imperatori Constantinopolitano, fœdus & auxilia Venetorum, in periculo etiam præsentissimo respuente, à Mahumeto Turcarum Rege, ademtum est imperium Orientale universum. Remigius Feschius *d. dissert de Fœderib. thes. I.* Et cur quæso Respubl. ulla, aut quis populus unquam, sibi soli vivere queat: cum nullus homo solus esse velit, aut possit? Quemadmodum infelix est privatus, omni proorsus qui amico caret; ita & talis Rel publica existere videtur, si destituatur fœderato. Idcirco post preces ardentes, adversus bella atque arma, quorum illationem metuimus, aut suspicamur; non aliud promptum magis, atque paratum remedium esse, quam Fœdera, si legitimè inita sient, existimatur.

III. Nec hic eximimus Imperium per se potens. Fœdera namque, ad potentiam plurimum facere Videntur; Romani enim copiis sociorum, non pauciora quam suis auspiciis gesserunt: Fœdera securitatem non solum præstant, sed & adferunt auctoritatem. Majoris quippe Principem quisque facit, quem ambiunt exteri Reges, & Magnates, ad quem crebrò ventitant splendide legationes. P: Adamus Contzen, *lib. 8. polit. cap. 24. num. 1. & 2.* Porro experientia omnium seculorum, testatum fecit; vetum esse Aristotelis effatum; *lib. 8.*